



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**IVRIS CANONICI|| SEV PONTIFICII|| PARTITIONES,||**

**Grégoire, Pierre**

**[Frankfurt], 1595**

**VD16 G 2996**

13 De iureiurando.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63677)

aria tollen. Alioquin nihil posset certum  
constitui, & conarentur, qui conuenta &  
pacta subuertere uellent, in suas partes tes-  
tes trahere & corrumpere, ut contrarium  
docerent, atq; etiā testes contra quam scri-  
ptum esset illis presentibus, dicentes, nō ca-  
rerent suspitione falsi & corruptionis ob  
mutationē gestorum, fidesque publica no-  
tariarum & personarū aliarum publica-  
rum, cum maxima reipublica cōurbatio-  
ne, in dubiū passim reuocaretur, unde lites  
infinite & immortales oriretur, quod quia  
nec expedit, ita nec uia facile his aperiretū,  
ut nec conceditur probatio contra inuēta-  
rium publice factum. l. si. C. arbitrium tu-  
tela. Veruntamen, si vnus testis scriptus in  
litera seu instrumēto, ei contradicat, facit  
eius fidē vacillare, l. 1. in si. quemad. testa.  
aperian, secus si non sit in scriptura conten-  
tus, aut si dicat, se non recordari, ut nota-  
tur in l. in iurandi, de testib. C. c. cum Io-  
annes, eo. tit. notat plene Ioannes Faber. ad  
l. in exercendis, C. de fide instrum. ubi &  
tractat, quot testes requirantur ad repro-  
bandum instrumentum. uide Massuer. in  
praxi titulo, de literis notis & notatis, §. 48.  
itē si vnus. Sustineri tamē debet instru-  
mentū ex fide vnus testis, iuncta scriptu-  
ra & tabellione, contra duos alios negates.  
B c. imputari, 13. de fide instrumēto. sic scri-  
ptura in uo directe contraria, sibi inui-  
cem fidem abrogant, l. 14. C. de fide instru-  
men. c. cum inier R. de election. & contra-  
ria allegans, non est audiendus, c. quod au-  
tem, 33. q. 7. c. quo iure, 8. dist. c. sollicitudi-  
nem, de appell. l. 1. C. de fur. cum siml. Hic  
tamen obseruandum pro hoc effectu, ab eo-  
dem ambas cōtrarias produci debere scri-  
pturas, aliter a diuersis productis contra-  
riis, illa potiores, qua maioris erunt aucto-  
ritatis, quod relinquitur religioni arbitrii  
iudicis. Si etiam diuersa scriptura, aduer-  
sarie ad diuersos sensus producantur, non  
erit reprobanda productio. cap. nihil est, de  
uerb. signifi.

¶ a. inter dilectos, 6. de fide instrumento.

A r can. 1. & can. auctoritatem, 15. q. 8.  
s dict. c. inter dilectos, in fin. de fide instrum.  
& ibi per Felinum. Rota. decis. 87. nota  
quod instrumentum, in antiq.  
t l. inberemus, C. de prob. diximus supra, li. 4.  
tit. 12. de falsis, & poena falsi. uide si egeas.

## DE IURE IURANDO. a TITVLVS XIII.

a Exstat hic titulus, de iure iuran. libr. 2. decreta-  
lum, tit. 24. & in Sex. lib. 2. tit. 11. in Clementi.  
libr. 2. tit. 9. & libr. 12. P. tit. de iure iurando siue  
uoluntario, siue necessario, siue iudiciali. & libr.  
4. C. tit. 1. de reb. credit. & iure iurando, & libr.  
10. C. tit. 54. de his, qui non impletis stipendii sa-  
cramento soluti sunt. & in nouella 48. de iure iu-  
rando a moriente prestito, propter mensuram sui  
patrimonii. Eo etiam referri debent tituli, de iu-  
ram. calum. lib. 2. dec. tit. 7. & lib. 2. Sex. tit. 4. de  
iure iur. propter calum. dando. li. 2. C. tit. 59. de his,  
qui ingrediuntur ad appellationem, & quando per  
scripturā manus propria fiat collatio literarum,  
de iure iurando delationis, & ut coniungatur iu-  
ri iurando calumnia, nouell. 49. ut litigantes iu-  
rent in exordio litis, quia neque promiserint da-  
re iudicibus neque dabunt, nouella 124. de iure  
iurando mulierum senicarum nouella 51. ne quis  
iuret per capillos Dei, 76. ut iurat a bonorum de-  
scriptio facta a parente, inter liberos ualeat, no-  
uella 48. de iudicibus & ut nullatenus cum iure  
iurando eligantur, & 82. nouella. de iuramento  
eorum, qui administrationem suscipiunt. 8. No-  
uella, de iuratoriis cautionibus, nouell. 53. nouel-  
la Leonis 97. ut in contestatione litis & magi-  
stratum initio iuret. nouella Leonis, 107. ut  
actor ante litem contestationem porrecto libello iu-  
dici fidem suam probeat, & nouella 99. ut qui iu-  
randum desert, prior de calumnia iuret. Item,  
libr. 12. Pand. tit. 3. de in litem iurand. & libr. 5.  
C. tit. 53.

### CAPVT I.

1 Continuatio. 2 Finitio. 3 Diuisio ge-  
neralis. 4 Alia extraiudicialis & iudi-  
cialis, & subdivisio extraiudicialis. 5 Iu-  
diciale, quid & eius specios. 6 Singula  
membra utriusq; subdivisiois explican-  
tur. 7 Alia diuisio in simplex & solemne,  
credulitatis, iuratoria cautionis.

Q Via iam antea † post generalem de  
probatione tractationem, de speciali,  
quæ per testes & instrumēta fit, locuti su-  
mus,

mus, recte de iuramento, vt de alia specie A probationis agemus, per quod fides extra iudicium, & in iudicio fieri potest.

2 Est enim iuramentum, † affirmatio vel negatio, sacræ vel superioris seu diuinæ rei attestatio, seu inuocatione firmata. a

3 Quemadmodū autem † assertio vel negatio, variis pluribusque negotiis accommodari possunt, sic attestatio quoq; , quæ super his fit per diuinum numen, vel per aliud, quod superiorē causam videtur habere, assertioni vel negationi diuersas potest demonstrare iuramenti distinctiones, tum etiam ratione loci, & rerum quibus adicitur.

4 Sed in summa iuramentum † ad duas species contrahitur, vt aliud sit extraiudiciale: aliud iudiciale. b Extraiudiciale rursus, quod sine iudicio & extra illud fit, vel temerarium, siue reprehensibile est, vel assertorium veritatis, quod & pro veritate dicenda præstatur quoque in iudicialibus quibusdam, vel promissorium, vel confirmatorium contractus.

5 Iudiciariū rursus, † quod in iudiciis habet locum, vel est voluntarium, vel necessarium, vel de calumnia, de malitia, in litē, purgatorium. De singulis pauca.

6 Temerarium est, † quod sine discretionē fit, & ob res illicitas. c Veritatis est, quādo propter veritatem dictā aut dicendam iuratur. d Promissorium, quando sub iuramento obedientiæ, e fidelitatis, f vel ob aliquid faciendum dandumve. g Confirmatorium contractus est, quando ex iuramento quippiam, quale est iuramentum, super obseruatione præstito, contractus vim habet & obligationem, quam alioquin non haberet, h voluntarium iudiciale, quod in iudicio defertur a parte parti. i Necessariū iudiciale, quod a iudice delatum ob defectum probationum, nec referri nec recusari potest, nisi forte ex aliqua iusta causa excepta k Defert autem hoc iudex vel actori vel reo, prout viderit ex negotiis, præsumtionibus, fide-

que personatum, expedire, l si tamen actor nihil præstiterit, non erit opus hoc iuramento decisorio, sed reus absolendus m erit. Iuramentum de calumnia est, quando actor iurat, non calumniandi animo, sed existimans, se bonam causam fo- uere, ad litigandum venire, & reus quoque iurat, se arbitrari iustā causam defendendi habere, & in aliis, se non odio, non differēdi iudicii causa, probationes vel iuramentum ab alio exigere. n Iuramentum de malitia etiam post iuramentum calumniæ exigitur, dum quis iurat requirente iudice, qui de malitia suspicatur, veluti, quod nō malitiose proponat exceptionē, vel petat dilationem. o Iuramentum in litem, est iuramentum affectionis, quod iudex concedit actori, vt litem & rem quam petit certa quantitate, ne in infinitū vagari liceat, æstimet, quantive sua interesse

C putet, non quidem, vt secundum illud iuramentum & æstimationem condemnet, sed vt habita ratione eius, non quidem pluris, sed minoris condemnet reum, per pensis rerum & personarum circumstantiis. p Purgatorium vero iuramentum est, illud, quod præstatur ab eo, qui accusatus, vel diffamatus fuit, de aliquo crimine, contra quem tamen nō fuit probatum, & ideo iurat & purgat ita se non cōmisisse. q

D Rursum † prædictorum iuramentorum quoddam est simplex, quoddam solemne. 7 Simplex sine solemnitate est, r solemne contra, quæ habet & verba concepta. s Inuenitur & iuramentum credulitatis, quando quis iurat se vere aliquid suum esse credere, vel se sine malitia petere, t vel putare alium verum dicere, u vel alium se credere idoneū. x Est & iuratoria cautio, per quam relaxatio fit sententiæ excommunicatio- nis, in opis debitoris. y

## SCHOLIA.

a Colligitur hac finitio ex cap. et si Christum, 26. de iureiura. vide qua tractauimus de finitione diuisioneq; iuramenti, & de aliis

- ad illud pertinentibus, lib. 50. Syntagmat. A  
iuris, a ca. 3. usque ad fin.
- b Hanc divisionem porro & meliorem & faciliorem erari sumus, ideo postquam eandem tradidimus, lib. 50. Syntagmatis iuris, ca. 4. nu. 2. aliam huic loco inferere nolimus.
- c Exempla plura sunt, veluti in cap. sicut ex literis, l. 3. de iureiuran. quando prior monasterii iracundia calore succensus iuramento temere firmavit, quod in claustro monasterii, quo se vinculo professionis obstrinxerat, cum G. Monacho non esset amplius moraturus, aliud exemplum de non prabendo subsidio proximo. cap. cum quidam, l. 1. §. 1. eod. tit. aliud de exheredandis liberis, cap. quinta uallis, eod. de separanda arbitrio alterius a se uxore, c. tua nos, l. 24. eo. de iureiur. Sunt & inter temeraria iuramenta blasphemia, & temere & sine causa iurare, Deo tribuere quod non est, & ei detrahere quod inest, per execrationes, C. 2. de maledicti iuramentum de illicito, ut de homicidio aliove peccato faciendo, & sic de simili, ubi discretio nulla est eorum, que fieri debent & qua prohibentur. c. est Christus. de iureiur.
- d Assertio veritatis seu authoratio, ut fides habeatur dictis, item de veritate dicenda, quale prabet testis, c. ex literis, l. 2. de iureiura. cap. 2. de iura. calumnia, in Sex. cap. nuper, de testib. Liurisurandi, C. eod. tit. cum D  
similibus.
- e c. nullus, l. 5. de iureiuran. c. legebatur, de maioris. & obedien. cano. quanquam, l. 23. dist. cum similibus.
- f Quod in feudis exigitur, ut hominum, seu homagium, & veritatis, l. 4. de iureiur. can. l. 18. de forma, l. 2. q. 5. tit. de forma fid. libr. 2. feud. tit. 6. & tit. 7. de non a forma fidel.
- g Ut in cap. quinta uallis, c. veniens, c. debitores, de iurei.
- h Ut in authen. sacramenta puberum si adversus vend. C. c. licet mulieres, de iureiur. in Sex. ca. cum contingat, eoti. apud Greg. c. quamvis pactum, eo. tit. in Sex.
- i c. fin. de iureiur. Et dicitur ideo voluntarium, quod ex voluntate partis deferentis deferatur, & ex voluntate recipiatur, neque referatur. leg. iurisurandum quod ex conventionione, l. 7. de iureiur. P. & ibi tract. de hoc iureiurando, & quis deferat, & in l. 18. 19. 20. usque ad 26. & in 39. eiusdem tituli. Neg. ante acceptationem delationis, is cui deferatur potest cogi acceptare, & ideo non dicitur necessarium, cum & possit referri & reici in differentem. d. ca. fin. de iureiur. in l. generaliter, §. fin. autem is cui, & l. delata, C. de reb. creditis. Postquam autem acceptatum est vel conventum, nolle iurare vel iuramentum referre, manifesta habebatur turpitudinis, l. manifesta turpitudinis, de iureiur. P. Sicque post conventionem ex voluntario fit necessarium, veluti de contractibus dicitur, qui antequam constituantur, liberi & voluntarii sunt, postquam autem contractum fuerit, necessitatem habent observationis, l. in commodato, §. sicut commod. P. l. sicut, C. de actio. Consentit & huic interpretationi glossa ad ca. fin. ad verbum a te, de iureiur. Quare etiam si actor petitionem suam & intentionem alius legitimis probationibus docuerit, non tenetur ob delatum iuramentum in contrarium iurare, aut illud acceptare, aut deferentem referre, atque improbantur contraria fori, si qua sint consuetudines in e. de probatio. Veruntamen quando lex defert iuramentum, recusari impune non potest. l. questionem ex facto, C. de fideicommiss. l. scimus, §. licentia, Cod. de iure deliberan. nec etiam in actione rerum amotarum, furti & aliis similibus famosis actionibus. c. si de iurei. l. Marcellus, §. si. l. non magis. l. idem, rerum amotar. P.
- k d. c. si. de iureiur. l. generaliter, §. fin. autem, de reb. cre. C. de quo & in l. in bona fidei, C. eo. tit. c. 2. de prob. & vocatur hoc iuramentum litis decisivum. Necessarium vero quia ad officium iudicis pertinet lites dirimere, & prospicere, ne illa sint immortales, l. propterandum, de iud. c. si. libus, de dol. & contum.

**l** in d.c. fin. de iureiurand.

**m** c. cum causa, de causa possess. & propriet. c. unico, vt Ecclesiastica beneficia sine vlla diminut. conferant. c. mulieri, de iureiur. l. qui accusare. C. de eden. Est enim iuramentum delatum ad supplementum probationum, quæ si nullæ adsint, recte suppleri non dicuntur, quia non entis nulla sunt qualitates, l. eius qui in prouincia, C. de reb. cred. Quare prius oportet quippiam probatum, vel semiplene fuisse per actorem, vel presumptionem pro eo esse urgentem, vt si habeat vnum testem bonum & omni exceptione maiorem, ca. super hoc, in fine, de renuntia. c. ex insinuatione, de procur. cum similib.

**n** Quod docetur per l. 1. & ibi fuse per gloss. 4. & per l. 2. cum authent. ibi positus de iureiuran. propter calumniam eden. libr. 2. C. tit. 49. eo pertinent tituli de iuramento calumnie, in decretalibus, & in Sexto, l. inter cohæredis, §. qui familia herciscund. Pand. Calumniari apud iurisperitos, est falsa crimina intendere, leg. 1. §. calumniari. ad senatusc. Turpill.

**o** De hoc iuramento, in ca. 2. §. fin. & ibi glo. fin. de iuramen. calum. in Sext. c. pastoralis, de except. cap. ultra tertiam, de testib. l. fin. C. de fide instrument. cano. indicantem, 30. q. 5.

**p** l. 1. & 2. l. videamus, in princip. & §. de ferre, & l. in actionibus, de in liem iuran. Pand. l. 3. ad exhiben. iuramentum in liem dici iuramentum affectionis, tradit l. si per alium fin. §. 1. ne quis eum, qui in ius vocatus est vt eximat.

**q** Si quando tamen accusatus vel delatus esset alioquin bonæ famæ, capit. 1. ca. quoties, c. constitutus, de purgation. canonica, Exod. 22. leos qui, 26. §. fin. de vsur. libr. 4. C. tit. 32.

**r** Simplex iuramentum, quando simpliciter sine solemnitate exigitur & prestatitur.

**s** Solemne secundum formam delatam prestatum, vt in oratoriis, vel oblatiis & tactis sacrosanctis scripturis Euangelicorum, vel

**A** super reliquias sanctorum, vel alia forma, l. generaliter. C. de reb. credit.

**t** Sic iuratur de crudelitate in iuramento calumnia, l. 2. §. quod obseruari, de iuram. propter calumn. dando, C. & quando feritur testimonium, de auditu, cap. si arbiter, de probatio.

**v** Vt in iuramento compurgatorum, qui iurant, se credere purgantem, se iuramento verum iurasse, l. quoties, §. C. de testibus. c. si. de purg. can. libr. 5. tit. 34.

**x** c. vnic. de scrutinio in ordine faciendo.

**y** c. Odoardus, de solutio. coniunge huic. c. 1. qua sequenti, 2. tractantur.

## CAPVT II.

**1** Pro quibus iurandum est.

**2** De illicito iuramento reprobato.

**3** De reprobatione, si in præiudiciū superioris, rerum turpium & impossibilium.

**4** De iuramento fidelitatis Archiepiscopi.

**5** Iuramentum supplementi probationis non dari in arduis.

**I**urandum facile vel temere non est, nec inomen Dei accipiendum est in vanum. **a** Caterum quemadmodum iuramentum appetendum non est, vt bonū, ita aliquando necessitas cogit iurare, cum homines pigri sunt, quod eis vtile est credere, nisi eis iuramento firmetur. Quare in necessariis ad faciendam fidem veritatis malum non est, sed probabile. **b** Et proinde sunt casus, pro quibus iuratur licite, vt pro firmanda pace, **c** ad firmandā testium depositionem, **d** ad protegēdam famam & infirmandam infamiam ex obiectis criminibus, non tamen probatis coortam, **e** quæ dicitur probata purgatio & canonica, **f** iuramento credulitatis a cōpurgatoribus adhibito **g** improbata purgatione vulgari olim vsurpata: quæ fiebat per iudiciū aquæ frigidæ, **h** vel tactum ferri candētis, **i** vel aquæ feruentis, **k** per duellū, **l** & aliis modis illicitis & reprobatis, quibus Deus tentabatur. **m** Concellum & iuramentum ad promissa vel gesta confirmanda, **n** ad sup-

- plendam veritatis probationem, *o* & ad alia, quæ colligi possunt ex proxime dictis superiori capite de diuisione iuramenti, quod diuersitatem accipit ex causis quoque iurandi, vt pro æstimatione damni dati in certis negotiis, *p* de vsuris soluendis, *q* & de illis non repetendis: *r* de grauamine non inferendo debitori, *s* in spiritualibus, etiam causis, quamuis olim non iuraretur de calumnia, *r* hodie tamen iuratur. *u* Iuratur item de calumnia & veritate dicenda in causis appellationis. *x*
- 2 Porro rei illicitæ † & turpis iuramentum reprobatur. y Illicitum autem esse potest, vel ex parte iurantis, vt si is sit impubes, *z* vel ex parte personæ, cui iuratur, vt si clericus supra sacra Euangelia iuramento purgatorio iuret laico, *aa* vel ex parte rei, per quam iuratur, vt si ea nõ sit sacra, *bb* vel ex fine, si iuratur pro electione certi, vel ante electionem. *cc* Ex causa item obligatoria ad malum impellente, vt dum iurauit Herodes saltatrici. *dd* Item ex modo, si temere & indiscrete, vel sine necessitate iuratur, quale fuit iuramentum tephthe. *ee* Ex tempore quoq; si die prohibito iuret. *ff*
- 3 Reprobatur & iuramentum, † quod præstitum vergit in detrimentum salutis æternæ vel tēporalis, *gg* vel si ex eo ius superioris lædatur, quod in omni iuramento subditi censetur *hh* exceptum. Item, si sit contra bonos mores de re turpi, *ii* si promittantur impossibilia, *kk* aut *ll* alioquin iniqua iurentur, cum iuramentum non debeat esse iniquitatis vinculum, si item sit contra vtilitatem, vel libertatem Ecclesiæ. *mm*
- 4 Iuramentum fidelitatis † præstā dum est ab Archiepiscopo, summo Pontifici in pallii concessione. *nn*
- 5 Iuramentum in supplementum † probationis, non defertur in causis arduis, veluti matrimonii. *oo*
- A** mo vester, est est, nõ non, &c. *D. Matth. c. 5. eo pertinenti tradita in princ. 22. q. 1. can. peierabis, 22. q. 4. can. iuramenti, 22. q. 5. periculum enim imminet, ne ex assiduitate iurandi sequatur lapsus in perurium, can. 5. itaq; ergo, 22. q. 1.*
- B** *can. non est contra, 2. can. in nouo, 3. can. vt noueritis, 4. can. ita ergo, 5. can. in malum non facis, 6. can. Et iurabunt, 7. 22. q. 1. Iurandum pro veritate Et iustitia d. can. Et iurabunt, Hierem. 4. c. et si Christus, de iure iurand. Institutionis iuramenti causa dicitur, vt iurans ad hoc iuret, vt quod verum est, loquatur, can. iuramenti, 22. q. 5. vt que infirmitas dubitantis, qui non vult credere, firmetur, can. si peccatum, 22. q. 1. can. 1. 22. q. 1. titu. de pace iuramento firmam. in vsib. feud. Ita transactio magis iuramento firmatur, que est pacis, l. fratris, l. cum te proponas, l. si quis maior. C. de transact. sic valet iuramentum, quo quis iurat se remansurum obsidem pro seruando contractu, c. ex rescripto, 9. de iure iur. c. exposita, de arbit.*
- C** *Iurati enim esse debent testes, vt illis plenius fides adhibeatur. l. iuris iurandi. Cod. de testibus, vt supra in titulo de testibus docuimus.*
- D** *d. can. omne. 22. q. 1. can. presbyter, can. habet, 2. q. 5. cap. 1. 2. c. moniales, de purgat. canon. lib. 5. tit. 3. 4. si delictum obiectum esset probabile, non indicetur in contrarium purgatio, c. si quis de gradu, 4. eod. tit. de purga. can. nec etiam si notorium sit, cap. cum dilectis, 15. eod. tit.*
- E** *Canonica purgatio est, que a canonibus permittitur, recepta, iurante infamato de veritate, quod non id, de quo impetitur, commiserit, Et adhibitis compurgatoribus honestis, qui iurent se credere, quod prædictus iurans verum dicit, c. quoties, 5. c. cum P. Anconella, 7. c. constitutus, 9. de purga. can. cum simil. Et indicitur aliquando ad instantiam eius, qui purgandus est tantum, vt c. cum in iuuenute, 12. de purgat. canon. Cogitur Et a iudice aliquando quis*

## S C H O L I A.

2. Exo. 20. c. et si Christus, de iure iur. Sit lex.

quis se purgare, alioquin suspenditur a be-  
 neficiis de crimine graui infamatus, auge-  
 turq. numerus compurgatorum in ca. nos  
 inter, 6. c. in or. sollicitudines, de purgat. ca-  
 nonica. Aliquando si infamia orium non  
 habet ex probabilibus coniecturis, non est  
 de necessitate inducenda, cap. cum in in-  
 ueniente, 6. q. fin. de purgat. canonica. can. quod  
 purgatorum ad euitandam criminis su-  
 spicionem, Deuter. c. 21. quando homo in-  
 uenitur necatus, & ignoratur quis eum ne-  
 cauerit, & c. item pro furto, Exod. 22.  
 g cap. quoties, 5. c. de testibus, 13. c. fin. de pur-  
 gat. cano. c. quoties, de testib.  
 h De hac purgatione mentio in c. ex tuarum,  
 8. de purgat. canonica.  
 i c. fin. de purgatione vulga. lib. 5. tit. 35. ca.  
 mennam, & can. consulisti, 2. q. 5. c. sen-  
 tentiam, ne cleric. vel monach.  
 k d. can. mennam, can. omnibus, ca. consului-  
 sti, 2. q. 5. d. c. sententiam sanguinis, ne cler.  
 vel monachi.  
 l c. 1. & 2. de purgat. vulgari, vide qua de  
 hac purgatione, & de duello diximus lib.  
 48. Syntagma. c. 15.  
 m Vulgares modi purgationis, & ab Ethni-  
 cis & Christianis aliquando usurpati re-  
 censentur a nobis, cum reprobationib. eo-  
 rum, in lib. 48. Syntagma. iuris, c. 14. Ra-  
 tio vero reprobationis, quod in illis tentetur  
 Deus, & quod scriptum sit, non tentabis  
 Dominum Deum tuum probatur in c. pen-  
 & fin. de purgat. vulgar.  
 n cap. quinta uallis, c. cum contingat, de iure  
 iur. cum similib. in diuisione s. c. 1. citatis.  
 o cap. 2. de probatio. cum similib. In summa,  
 pro quacumq. veritate inquirenda, siue a  
 testibus, siue ab aliis, iuramentum exigi  
 potest, can. quamquam, 14. q. 2.  
 p Vi in can. in primis, circa medium, 2. q. 1.  
 sic in litem iuratur tantum ex certis causis  
 & contractibus, in quibus deest probatio,  
 & dolus inest aduersarii, prout fuse doce-  
 tur in l. 2. & seq. usq. ad 10. de in litem iur.  
 lib. 12. P. iii. 3. l. in actione, C. de reb. cred.

A q cap. debitores, de iureiur.  
 r cap. ad nostram, 20. eod. titu. iuramentum  
 autem hoc & superius de soluendis usuris,  
 valet, quia quamuis sit prohibitum usuris  
 accipere, tamen prohibitum non est usuras  
 dare, propter necessitatem, qua quis com-  
 pellitur sub fœnore mutuari, ut notat glos.  
 fin. ad d. c. debitores. Et ideo quia hoc iura-  
 mentum potest impleri citra dispendium  
 salutis aeterna, soluere tenetur promissas, ut  
 se liberet ab eo iuramento: verum tamen  
 solutas repetere postea poterit, d. c. debitores,  
 & c. ad nostram, vel si antequam soluat,  
 velit agere, poterit contra creditorem ex-  
 periri, ut eum liberet, siue ut eum ab soluat  
 a iuramento, & ei illud remittat, iuxta c.  
 1. de iureiur. c. tuas, de usur.  
 s cap. ad nostram, 7. de iureiur.  
 t cap. 2. de iuram. calum.  
 u cap. 1. & si. eo. tit. de iuram. calum. in Sexto.  
 x cap. 2. eod. tit. in Sexto.  
 y Regula iur. in Sex. non est obligatorium  
 l. iurigentium. & si paciscar, vers. & gene-  
 raliter, de pact. in Pand. anth. quod eis, C.  
 de nupt. §. 1. in nouella. Scenicos non so-  
 lum, si fideiussores dederint, & c. l. si quis  
 inquilinos, §. fin. de legat. 1. l. non dubium.  
 C. de legib. quia qua turpsa sunt, & contra  
 bonos mores, non posse nos facere, existima-  
 dum est. l. filius familias, de conditionibus,  
 Instit. & omne iuramentum debet habere  
 comitem iustitiam, habere autem dicitur  
 iustitiam, cum iustum & licitum est, quod  
 iuratur, neque tendit ad mortale pecca-  
 tum, cano. innocens, cano. illicitum, 22. q.  
 4. maiusq. peccatum censetur illicitum iur-  
 amentum adimplere, quam peierare non  
 adimplendo, can. unusquisque, 22. q. 4. ita  
 illicitum iuramentum non est adimplen-  
 dum, cano. duo, can. seq. 12. distinct. Illici-  
 tum dicitur, quod opponitur licito, & lici-  
 tum idem, quod a lege permissum, non re-  
 probatum. quare & tot modis dicitur illi-  
 citum iuramentum, quot prohibetur vel  
 improbatatur, ut de quibusdam per cir-  
 cumstantias exempla docent.

- z Sunt aliqui, quorum iuramentum non ad-  
mittitur aduersus seipfos, nec contra alios  
generaliter, ideo si illa persona iurauerint  
redditur iuramentum illicitum, quale im-  
puberum & paruulorum, cau. paruuli, 14.  
& can. sequen. 22. quast. 5. item aliorum,  
qui iudicio & discretionem carent, vt isti, l.  
1. §. impuberes, de falsa moneta, C. discre-  
tio enim est comes iuramenti, ca. et si Chri-  
stus, de iureiuran. nec ita dicitur impubes  
peierare, l. qui iurasse, de iureiuran. in P.
- aa ca. 2. nullus ex ecclesiastico, 22. q. 5. qui  
de iuramento purgatorio intelligi debet,  
nisi hoc fieret auctoritate Papa, vt ca. men-  
nam, 2. quast. 5. nam alioquin pro aliis po-  
test iurare, maxime si terras aut feuda ab  
imperatore, vel alio teneat, que debeant iu-  
ramenta fidelitatis.
- bb ca. clericum, 9. 22. q. 1. vbi clericum per  
creaturas iurantem acerrime obiurgan-  
dum, si perstiterit in vitio, excommunican-  
dum esse statuitur.
- cc Quia species est simonia, dum quis iurat,  
se aliquid daturum, vt eligatur, can. fin.  
8. quast. 3.
- dd can. 8. vnusquisque, 22. q. 4. vbi de eo iu-  
ramento. D. Math. c. 14. cap. cum iura-  
mento, 4. de homicid.
- ee Historia habetur de Iephthe, Iudicū, 11.  
c. vnusquisque, §. miserabilis, 22. q. 4.
- ff can. 17. decreuit, 22. que. 5. vbi, decreuit  
sancta synodus, vt a septuagesima, vsque  
ad octauam Paschæ, & ab aduentu Epi-  
phanie, vsque ad octauam Epiphaniæ, nec  
non & in ieiuniis quatuor temporū, &  
in litanis maioribus, & diebus Domi-  
nicis, & rogationum, nisi de concordia  
& pacificatione, nullus supra sacra Eu-  
angelia iuret, & ibi gloss. nunc vsus in  
contrarium esse tradit. Ego autē existimo  
ibi agi de iuramento solemnī, vel de eo, quod  
in iudicio prestat, cū his temporibus iu-  
dicia non exerceantur, c. 1. §. 2. 15. q. 4.
- gg c. si vero, de iurein. c. innocens. §. si. 22. q. 4.
- hh c. ad nostram, c. eam te, de iureiur. cap. ad  
nostram, de rescript.
- A ii c. non est obligatorium, c. in malis promif-  
fis, de reg. iur. P. l. si quis inquilinos, §. fin. de  
leg. 1. Auth. quod eis, de secun. nup. P. l. non  
dubium, C. de legibus. l. iurifgentium, §. &  
generaliter, de pactis. P.
- kk l. impossibilem, de regul. iur. P. §. item  
impossibilem, de utilib. stipulat. atque iura-  
tum & promissum intelligendum est, si fie-  
ri possit, aliter esset temerarium, cap. ad no-  
stram, 21. de iureiuran.
- ll c. quanto, de iureiuran. c. 1. eod. tit. in Sex.  
c. inter cetera, 22. q. 4. vt si quis iuraret, se  
non accusaturum uxorem, si adulterasset,  
c. quemadmodum, de iureiur.
- mm ca. 1. de iureiuran. in Sext. veluti si quis  
indebite alienas bona ecclesia sua, iuraret,  
se non reuocaturum alienata, c. 2. de iure-  
iuran. non obstante enim hoc iuramento,  
reuocarentur alienata, etiam per ipsum a-  
lienantem, cap. intellecto, 55. eo. tit. de iu-  
reiuran.
- C nn c. significasti, de elect.
- oo ca. mulier, & ibi glossa, de iureiur. & ibi.  
Panorm. num. 6. Alexand. consi. 143. nu.  
4. volum. 2. sicut enim in criminalibus de-  
bent esse probationes luce meridiana cla-  
riores, l. fin. C. de probatio. sic & in matri-  
monio, maxime si de eo dissolucio agatur,  
c. in literis, de testibus. & ibi glossa, ad ver-  
bum probata, c. lator, de sentent. & re iudi.  
& ibi glossa ad verbum permanere, neque  
etiam est in potestate partium postum, dis-  
soluere matrimonium. Si vero pro matri-  
monio semiprobatum adferatur iuramen-  
tum, iudicis erunt partes, dispicere, num  
velit illud admittere, vt ait Panor. ad di-  
ctum c. mulieri, Alex. ad l. 3. nu. 16. de iu-  
reiur. & ibi glo. in verb. probatione.

## CAPVT III.

Qui iurare debeant & possint, vt eis cre-  
datur, vel nomine proprio vel  
aliorum.

Nemo iurare sine necessitate, aut nisi a-  
liquo cōpellente, debet. a Delato au-  
tem iureiurando iuramentum eius, qui  
iurauit,



iuravit, cuiuscunque sit ætatis aut sexus, A b erit seruandum deferenti. b Iurat autem & quis & pro se & pro alio procuratorio nomine in animam constituentis eum procuratorem cum mandato ad hoc & pro certa speciali. c Non iurant efficaciter contra se nec pro aliis, furiosi, paruuli, seu pueri. d Iurat clericus de calumnia & per se & per alium si velit, e iurant pro aliis in iudicio nõ rãtum procurator vt dictũ est, sed etiam qui eius partibus fungitur, vt œconomus, f syndicus, g qui & iurant pro se iuramento calumniæ, & pro dominis. h Si deficiente probatione in iudicio iusiurandũ parti delatum sit, aut iurare debet aut causã cadit; i nisi pupillo aut furioso iusiurandum delatum sit, qui iurare non compelluntur; k aut nisi is, cui delatum est, velit referre. l Non est tamen permillum referre in famosa actione. m Iurare possunt licite & ex causã, religiosi seu regularares, n verum ex leui causã sacerdotes non debent. o Cogent & iudices de veritate dicenda nolentes iurare, p & in iuramento decisoriorum. q Cæterum vbi timeretur periurium, nullus cogi debet, r & qui cogit iurare eum, quem scit verisimiliter falsum iuraturum, ipsemet periurus & grauior homicida est.

## S C H O L I A.

a Nolite iurare, inquit, Deus, &c. sit sermo vester, est est, non non, quod enim ultra est, a malo est, Math. c. 5. explicatur & tota, 2. 2. q. 1. cano. si quis presbyter, 2. q. 4. cap. etsi Christus, de iureiurand. neque prator iuramentum illud inuenitur, quod nemine deferente præstatur; sibi enim quis iurat tantum, l. 3. de iureiuran. P. & proinde ab illo ipso testator, qui iurauit se non retractaturum testamentum, non censetur obligatus, quominus possit illud retractare, l. si quis, in princ. de legat. 3. ideoque etiam hoc sponte oblatum iuramentum, non habet necessitatem relationis vel iurandi, l. iusiurandũ q. ex conuentione, de iureiur. P.

l. qui iurasse, & l. si seruus, de iureiurand. P. qui enim cogit vel vult aliquem sibi iurare, etiam si is alioquin non sit ad fidem idoneus, sibi præiudicat, censeturq. se sponte illius subicere sententiã, & ita personam eius approbare, vt postea eam reprobare non possit, l. quemadmodum, de iureiuran. P. quod approbatum enim fuit, non reprobatur ab eodem, l. Pomponius, de negot. gestis. P. glos. fuse ad c. 2. de exceptio. l. vxor, in fin. de adulteriis, facit in argum. l. 1. de iudic. P. l. est receptum, de iurisdic. omni. iudic. P.

c can. optatum, 100. dist. cano. tibi domino, 63. distinet. vbi glossa ponit formulam iuramenti eius, iuro in animã Domini mei constituentis, quod ipse hæc seruabit. Vel, Dominus meus iurat per me, quod ipse hæc seruabit. facit l. fin. §. fin. de iureiurand. P. Ita procurator, cum speciali tamen mandato nõ aliter, vel in rem suam procurator datus, aut vniuersorum bonorum, defert iuramentum, l. iusiurandum, quod ex conuentione, 17. §. fin. alias l. 18. de iureiurand. P. l. vulgo presumitur, de in liti iuran. Quare qui sine domini mandato expresso aliter iurauerit aut reuulerit delatum iuramentum, domino non officit, l. nec filius, 7. C. de rebus cred. & iureiurando, vt contra nemo etiam pro alio suo periculo iurare cogitur; non mater pro filio, non tutor pro pupillo, non curator pro minore, cum graue visum fuerit ignorantes & inuitos cum alieni compendii emolumento, anceps subire periurium, quamuis volentibus liceat, l. videamus, 4. de in litem iuran. P. lib. 12. P. tit. 3. ita si velit iurat pater pro filio, cum dare non oportere, l. qui iurasse, 26. §. 1. de iureiurand. P.

d can. paruuli, can. honestum, can. pueri, 22. quæst. 5. vt & a testimonio arcentur cap. placuit, 4. q. 3. indiget enim iuramentum discretionem & iudicio, cap. etsi Christus, de iureiurand. Hæ autem persone carent iudicio, l. cum prator, de iudic. P. ideoque & ista iurantes falsum, non dicuntur peccasse.

Kkkkk

- se, neque eo nomine argui possunt. l. qui iurasse, de iureiurand. ita & pupilli quidem sibi obligant iuramento eos, qui eis credunt, & in quantum in commodum illorum iuramentum est, at aliis non obligantur, l. pupillus obligari, §. pupillum vendendo, de auctor. tutor §. 1. eod. tit. apud Iustina. l. Iulianus, §. si quis a pupillo, de actio. emt. P. l. pupillus, de actio. P.
- e** Per procuratorem aut per œconomum si per eum litigat, cap. 1. 3. 4. de iurament. B calum.
- f** Iurat in sua causa clericus de calumnia, c. 5. de iuram. calum. item & vniuersitas, c. 4. eod. tit.
- g** d. c. 3. & 4. de iuram. calum.
- h** c. cum causam, 6. eod. tit.
- i** c. 2. §. 1. eod. tit. in Sexto de iuram. calum.
- k** l. iusiurandum, 3 4. §. ait prator, §. datur. l. manifesta, de iureiur. l. delata. 9. C. de reb. cred. & iureiurand. dummodo is cui defertur iudicium suscipere cogi possit non aliter, l. tutor, 3 5. §. fin. de iureiur. & dummodo is, qui defert sit habilis, d. l. tutor, §. si de iureiur.
- l** d. can. paruuli, can. pueri, can. honestum, in fin. 2 2. q. 5. l. 3 4. §. pupillo, de iureiuran. P. omitto plures alias exceptiones in quibus iure civili delatum iuramentum, nec subeundum necessario delatum, nec referendum est, de quibus agit Vigelius in methodo iuris civilis, lib. 2. c. 2 1. q. 2.
- m** d. l. manifesta, 3 8. & l. iusiurandum, 3 4. in princ. & §. datur, & §. fin. de iureiur. l. delata, 9. & l. generaliter, 1 2. §. sed iuramento, C. de reb. cred. & iureiur.
- n** in c. fin. §. nec liceat, de iureiur. l. Marcellus, 2 1. §. si cum l. seq. rerū amot. P. l. idem Labeo, 1 3. de iureiur. P.
- o** c. etsi Christus, 2 6. de iureiur.
- p** can. si quis presbyter, 2. q. 5.
- q** c. ex literis, 3 2. de iureiur.
- r** c. fin. de iureiur. nempe actorem vel reum, prout negotium dispositum ei videbitur, in d. c. fi. §. fin. de iureiuran. Atque ita bonus index in dubiis causa cognita diligenter intuebitur, cuius potius iureiurando, an actoris, an rei dirimenda sit questio, utroque scilicet in probatione deficiente, l. fin. de successio. fratrum. lib. 2. feudorum, tit. 1 1.
- s** c. 3. de cohabitata clericorum & mulier. neque adigi debet quis id iurare, quod verisimile est, non eum conseruaturum promissum, arg. can. ita ergo, & ca. non est contra, 1 2. q. 3. c. ex tenore, de sent. excom. ca. literas, de praesumptio. l. 2. de indicta viduita, tollen. C.
- t** can. ille qui hominem, 5. & seq. qui exigit, 2 2. questione 5. capit. 2 2. inter caetera, 2 2. quest. 4.

## CAPVT IIII.

## De forma iurandi &amp; loco.

**I**urandi formulæ diuersæ sunt pro modo iuramenti dati vel postulati, habita ratione temporum & morum. *a* In omnibus tamen per Deum, non per creaturas aut deos falsos iurandum est. *b* Ut autem delatum erit iuramentum, in eadem forma iurandum, vel referendum. *c* Iurare per attributa falsio Deo, quæ ei vere non sunt, est blasphemia damnata, ut etiam temere & detestando, quæ ei insunt, usurpare, & per virginis matris & sanctorum nomina temere deierare. *d* Adesse debent comites iuramento, veritas, iustitia, & discretio. *e* Iustitiam habet iuramentum, quod est licitum, nec tendit ad mortale peccatum. *f* Discretionem autem, quando cum causa deliberate, non ex impetu, vel ira vel odio, vel nimio amore aut sola gratia fit. *g* Veritas cum falsum abest, dicitur. Decens potto visum est, ut iuramentum a ieiunis praestetur, *b* & formæ iurandi negotiis, de quibus iuratur accommodæ sint, vel ex legis praescripto, vel ex iudicis vel partis deferentis iudicio. *k* Iurat episcopus propositis tantum, & non tactis Euangelis; iuratur autem alibi illo & aliis modis coram indice regulariter, *m* vel alibi, prout conceptione iuramenti continebitur. *n*

SCHO.

## SCHOLIA.

- a** Tempore veteris legis iurabatur, viuit Dominus, viuit anima mea, can. & iurabunt, 22. q. 1. in primitiua ecclesia, testis est mihi Deus, & testis est mihi conscientia mea, can. si peccatum, 22. q. 1. Moderniorum autem est iuramentum, sic me vel te Deus adiuet, & ista reliquia sanctorum. & similia, can. de parentela, cum aliis 4. canonibus sequentibus 32. q. 6. c. quotus, 1. q. 7. cano. habemus, 22. q. 1. sic me Deus adiuet, & ista Euangelia. c. ego N. 4. de iureiur.
- b** can. & iurabunt, can. considera, can. clericum, can. si quis per capillum, ca. mouet te, §. sicut etiam, 22. q. 1. & sibi etiam apponitur poena ita iurantis. D. Matih. c. 5. Per creaturas, in quantum sole considerantur, non licet iurare, quia illis diuinitatis & superioritatis tribuere iuramentum, quod fieri non debet, quemadmodum & aliquando fidei per angelos & creaturas male iuratum. Aliquid erit iurare per creaturas, prout illarum honor refertur in Deum; ut dum iuratur tactis Euangelis, per Euangelia, per crucem; & nam intentio iurantis inspicitur. Quare si quis iuret super lapidem putans se iurare super Euangelia, obligatur, can. humana, §. proximo, 22. q. 5. & qui iurat per lapidem vel aliam creaturam falsum sciens, periurum est, can. ecce, 22. q. fin.
- c** l. iurator, 3. §. fin. cum legibus sequentibus. & l. qui per salutem, 33. de iureiur. ratio in iurandum, §. iurator, eod. tit. vide tamen de relatione in l. iurandum, 34. §. non semper, de iureiurand. ubi iudex potest mutare conceptionem forma iuramenti in relatione, habita ratione personarum, vel quoad locum, vel quoad formam, ut vel in oratoris sacris fiat, vel tactis Euangelis, vel alio modo iuret, l. generaliter, §. fin. de reb. credit. C.
- d** c. statuiimus, de maledic. can. si quis per capillum, 22. q. 1.
- e** d. c. et si Christus, de iureiur. can. & iurabunt, 22. q. 1. can. animaduertendum, 22. q. 2.
- f** can. innocens, §. illicitum, 22. q. 4.
- g** d. can. innocens, §. illicitum, circa medium, & can. sacramentum, 2. q. 4. ca. sicut ex literis, de iureiurand. ca. non est, 15. q. 1. qua autem consideranda sunt in voto temere & indiscrete facto, vide gloss. ad c. dudum, de conuersio. coningato. Eo pertinet, quod dicitur quatuor modis humanum iudicium perverti solere, timore, cupiditate, odio, & amore, c. quatuor, cum 2. capitibus sequentibus, 11. q. 3. can. accusatorem, in 2. 3. q. 5.
- h** can. non tamen est necessarium, ca. honestum, 22. q. 5.
- i** lia forma, qualiter episcopi iurant fidelitatem Papa, & eius successoribus est determinata & descripta in can. ego N. 4. de iureiurand. & forma abiurantis heresim ponitur in c. ego Berengarius, de consecrat. dist. 2. can. quoties, 1. q. 7. Alia forma iuramenti fidelitatis, titulo de forma fidelitatis, & de noua forma fidelitatis, in visibus feud. item forma iuramenti eius, qui vult probare parentelam, in cano. de parentela, 2. §. seq. 35. q. 6. Alia forma iuramenti in reconciliatione dissidi matrimonii, in can. ab isto die, in 2. sic incipiente, 35. q. 6. Alia & forma renuntiationis iuris eligendi summum pontificem Ludouici Imperatoris, in can. ego Ludouicus 30. 63. dist. Hic etiam super sedeo referre alias formas iuris iurandi solemnnes, verbaque concepta, & item simplices Ethnicorum, Iudeorum, Christianorum, & virumque pagina; quia iam de illis dixi lib. 50. syntag. iur. c. 8. unde si quis egerit, poterit eas haurire.
- k** Seruanda & sequenda forma iuramenti delati per iudicem vel deficientem, alioquin si ab ea recedatur, & alio modo iuratum sit, non erit ratum iuramentum, l. 3. & l. non erit ratum, §. l. iurandum & ad pecunias, 34. §. qui iurandum, de iureiur. P.
- l** c. fin. de iuram. calum.
- m** leg. generaliter, 12. §. omne igitur, & §.

in omnibus, de reb. credit. C. Alibi tamen A  
aliquando is, cui defertur iuramentum,  
iurat, si sit egregia persona aut morbo de-  
tineatur, l. ad personas, 15. de iureiurand.  
ut dicitur etiam de iuramento a testibus  
prebendo, in c. si qui testium, de testib. au-  
thent. apud eloquentissimum, de fide in-  
strumentor.  
n l. generaliter, § an omnibus, de reb. cred. &  
iureiur. C.

## CAPVT V.

## Quibus iurari debeat.

Iuramentum fidelitatis est præstandum,  
I cui debetur fidelitas, & alteri præstitum  
nihil prodest. a Nullus autem episcopus  
clericos suos, nisi forte, quibus ecclesiasti-  
carum rerum commilla fuerit dispensa-  
tio, sibi iurare compellere debet. b Nimis  
etiam laici de iure diuino vsurpare dicun-  
tur, cum viros ecclesiasticos nihil tempo-  
rale ab illis obtinentes, ad præstandum si-  
bi fidelitatis iuramentum cōpellunt; Qua-  
re & interdicitur ne talia laici iuramenta  
laicis præstare cogantur; Indignum enim,  
& a Romana ecclesiæ consuetudine alie-  
num, ut pro spiritualibus quis facere ho-  
minium seu homagium compellatur. d  
Sed & qui iurauit semel domino fidelita-  
tem, non tenetur successoribus eius iterum  
iurare. Quanquam tamen illis teneatur fi-  
delitatem & homagium, perinde ac si iu-  
rasset eis conseruare. e

## SCHOLIA.

- a cap. ea te credimus, 22. de iureiurand. ubi  
textus argumentatur absolute facta,  
num creditori, qua soluentem a creditore  
vero non liberat, l. in summa, §. fin. de con-  
dict. indebit. l. si vero mibi, de constit. pe-  
cun. P. l. vero procuratori, §. 1. de solutio. c.  
sicut enim, §. eos, de homicid.  
b c. nullus, §. de iureiurand. c. fin. 22. q. 5. ca.  
legebatur, de maior. & obedi. qui vero ad-  
ministrationem ab episcopo suscipiunt &  
iurare compelluntur, can. quanquam, 23.

distinct. c. dilecti filii, de maior. & obedi.  
ca. ego N. de iureiurand. cap. antiqua, de  
priuileg.

c Sunt verba cap. nimis, 30. de iureiurand.  
idem in c. ex diligenti, de simon. cap. fin. de  
re ind. quando vero clerici res possident a  
laicis datas, pro his fidelitatis iuramentum  
prestare debent, quia ex his minores laicis  
sunt, ca. solita, de maior. & obedi. cano. si  
episcopus, 18. dist.

B d cap. fin. de regul. iur. in Sexto. pro spiritua-  
li aliquo obtinendo, quis non debet facere  
homagium seu iuramentum fidelitatis,  
quia hoc esset simoniacum, c. ex diligenti,  
de simonia. ca. pactioes, de pactis.

e c. veritatis, 14. de iureiurand. si q. transit  
iuramentum fidelitatis in successores eius,  
cui iuratum est; hic tamen censo an-  
maduertendas leges & consuetudines tra-  
ditionis feudorum, ut sequantur eas, si a-  
liuer disposuerint, v. aluafores.

## CAPVT VI.

De effectu iuramenti, seruetur, expedian-  
tibus, confirmet dubia, &c.

Iuramentum omne est regulariter ser-  
uandum, si modo possit sine detrimen-  
to salutis æternæ seruari; a & periurus ha-  
betur, qui non seruat. b Maximum & ha-  
betur remedium expediendarum litium  
iuramentum; c confirmat dubia, & ad ve-  
ritatis indagacionem pertinet, d præpon-  
derat sententiis & transactionibus, e æqui-  
paratur nouationi, f solutioni, g receptila-  
tioni; h & ex delato vel relato iureiurando  
præstito, datur actio & exceptio. i Idipsum  
dicendum, si iusiurandum remissum fue-  
rit dicenti. k Atque iuramentum dari o-  
portere, assertio impedit, ne præscriptioni  
locus sit, perinde ac litis contestatio. l Iu-  
rumentum, quo ad periurii vinculum, ex  
parte iurantis personale est, & personam  
non egreditur, neque transit ad hæredes;  
licet ex parte recipientis sit reale, & ad eius  
hæredes transeat. m Quod pertinet tamen  
ad effectum obligationis, transit ad succes-  
sores;

fores; n & in quantum pertinet ad probationem. o Iuramentum tamen non extenditur ad incognita. p Porro ea, quæ in intellectu & nostra sola conscientia consistunt, per si simplicem nostram assertionem cum iuramento probatur, q item & ignorantia. r Cæterum iuramentum de assensu utriusque convenientis factum, non ligat eum qui præstitit, si is, ui præstitum fuerit, seruare negligit quod promissit. s Mulieri quæ iurauerit aliquè suum esse maritum, B quamuis non obtinuerit, & reus absolutus aliam uxorem ducere possit, non datur a iudice licentia nubendi, ne auctor videatur periurii, nec tamen ei prohibendum est nubere, ne forte si falsum iurauerit, matrimonium legitimum contingat impediri: sed suæ conscientiæ potius est relinquenda. t Qui iurauit, se seruaturum statuta, nō tenetur seruare ex eo edenda, sed edita; v neque etiam edita, si contra licitum & libertatem ecclesiæ sint. x

## S C H O L I A.

a c. si vero, cap. cum contingat, de iureiuran. c. licet mulieres, eod. tit. in Sexto. c. quamuis pactum, de pact. in Sexto. cano. quod David, & sequentibus, vsque ad fin. 22. q. 4. ca. cū dilecti, quod met. caus. quia iuramentum est iuris naturalis. Quæ autem post se iuramentis duobus contrariis, quod seruandum esset. In quo generaliter & regulariter dicunt doct. postremum seruandum licet qui contra primum venit, periurus sit, per l. duobus, §. si. ubi interpretes, de iureiuran. ca. tua nos. eo. quemadmodum in pactis, codicillis, testamentis, re scriptis, consuetudinibus, & mora, vltima derogant prioribus, l. pacta nouissima, C. de pact. l. si vnus, §. pactum, eodem tit. P. Sed illud intelligendum est, quando reuo- E cato primi nemini præiudicat, aliter contra, ut & pacta ipsa sunt ita irreuocabilia, leg. sicut. de actio. l. in commodato, §. sicut commoda. Quin et si mulier seu filia, con- testatione coram aliquibus facta, iuret pro-

pria sponte; nunquam se successioni pater- na renuntiat, quod si contingat de facto illam renuntiare in futurum, se inuita facturam, si postea renuntiet, non valebit renuntiatio etiam iurata, gloss. in ca. licet mulieres, de iureiuran. in Sexto. ad verbum compellendos, mola & alii ad c. cum contingat, eodem tit. apud Gregor. Bartol. ad l. si quis pro eo, nume. 9. de fidei- iussor. Alexand. ad l. stipulatio hoc modo concepta, nume. 13. de verborum obligat. Iason ad l. duobus, nume. 9. de iureiuran. ubi etiam notant, quod si mulier primum iurauit, se non alienaturam fundum dota- lem, & postea fuerit facta alienatio etiam iurata, ea non valeat, quia secundum iuramentum non potest seruari sine præiudicio salutis æternæ irritando primum. b ca. breui, 17. de iureiur. & obligat ex præcepto, can. si pactum, 22. q. 1. ca. etsi Christus, de iureiur.

c l. 1. de iureiuran. in P. equiparaturq; iuramentum rei iudicata, l. 1. quarum rerum actio non datur, l. 2. & l. qui iurasse, 26. §. fin. de iureiur.

d can. & iurabunt, 22. q. 1. can. animaduertendum, 22. q. 2. cap. significasti reges. 4. §. hoc nimirum, de elect. omnis controuersia finis ad confirmationem est iuramentum ad Hebr. c. 6.

e l. 2. de iureiuran. in P. atque postquam ex delato iureiurando est iuratum, non queritur amplius, an debeatur; sed an iuratum sit, & de quo, quasi in reliquo satis res probata sit, l. duobus reis, 28. l. eum qui, 40. §. si mulier, de iureiur. P.

f l. qui iurasse, 26. §. fin. de iureiur.

g l. iusurandum & ad pecunias, 27. eod. tit. Laberius apud Gellium, lib. 16. c. 17. dicebat, iusurandum esse emplastrum æris alieni, quia delato iureiurando, post præstitum non queritur de iurantis periurio, l. 2. §. & 15. de iureiur. P.

h l. iusurandum, 40. de iureiur.

i l. si duo, 13. §. si quis iurauerit, de iureiur. l. aut prator, 17. & l. nam postea, 9. §. 1. &

- A** l. iusurandum, 40. de iureiurand. l. cum proponas, C. eod. tit. §. aque si debitor, de except. apud Iustinia. exceptio iurisurandi tollit omnem actionem negotii super quo legitime iuratum est, l. duobus reis, 28. §. exceptio, de iureiur. P.
- K** Dummodo alterius non interfit quam remittentis, Feli. in c. ex administrationis, per illud c. de iureiur. l. remittit, 6. eod. tit. P. c. 2. de sponsalib. c. 2. de renuntia. & ca. significasti, l. fin. qui & a quibus manu. lib. non B fiant. P.
- L** Inam posteaquam, 9. §. si is qui temporalis, l. si duo patroni, 13. §. Iulianus, de iureiur. m c. veritatis, de iureiurand. & ibi interpretes, & in c. fin. de foro compe. in Sext. Gui. Papas, decis. 375. Et ideo heres defuncti non indiget ab'oluitone ut transgressor iuramenti ad effectum agendi, qui a ipse non iurauit, sed i. secreta via agere potest contra eum, qui indebite iuramentum a defuncto exegit. Ange. in l. generaliter, num. 4. C. de reb. credit. per illum textum Guido Papas decis. 140 num. 5. Alex. consil. 129. incipien. videretur prima confideratione, num. 21. & seq. volum. 6. & consil. 151. nume. 10. v. i. o. thema: e, volum. 7. Et ita finitur iuramentum, quoad vinculum periurii, morte iurantis, quamuis iurauerit pro se & suis heredibus. Panor. ad c. veritatis, de iureiur.
- N** Panor. ad d. c. veritatis, de iureiur. Felin. ad c. cum sit, nume. 9. de foro compet. Guido Papas decis. 375. & ita quod pertinet ad efficaciam iudicalem per iuramentum, transit ad quoscunque successores, neque hac ratione iuramentum est personale, sed sequitur naturam contractus transmissibilis, l. cum quis decedens, §. codicillis, de legat. 3. & ibi Bartol. num. 10. Bald. ad authen. sacramenta puberum, Cod. si aduers. E vendit. num. 7. Potest q. heres virtute iuramenti compelli, ut seruet contractum vel iuramentum.
- O** d. l. cum quis decedens, §. codicillis, de legat. 3. §. final. de iureiur. a morien. pra-
- P** stit. in nom. Guido Papas singulari 376. c. veniens, de iureiur. & ibi glossa ad verbum praesciuit, cap. quemadmodum, eodem tit. l. fin. C. de non numerat. pecu. & nemo censetur renuntiare iuri, quod ignorat sibi competere, l. mater decedens, §. ceterum, de inofficio. testam. l. legitimam, de petitio. hered.
- Q** ca. cum in tua, §. fin. qui matrimon. accus. possunt, cap. pastoralis, in fin. de exceptionib. l. num. omnes, §. a barbaris, de remilitar. gloss. ad c. praesumitur, de regul. iur. in Sext. glo. ad c. significasti, in primo, ad verba, si ita est, de homicid. Rot. a fufe deci. 42. incipien. si impetretur, in nouis. per cap. si vero, de sententi. excommunicat. cap. statutum, de rescript. in Sext. c. ut circa, eod. tit. & lib.
- R** c. nulli, de elect.
- S** c. sicut, 29 §. 1. & c. 3. §. fin. de iureiurand. nam fidem non seruanti fides reciproca impune frangitur, c. peruenit, c. quemadmodum, de iureiur. contractus enim non debent claudicare, quia vltro citroq. obligat, l. Labeo, §. contractus, de verbo. significat. & uno non implente ex contrahentib. alius implere non tenetur, l. Iulianus, §. offerri, de actio. emt. P.
- T** c. mulieri, 34. de iureiur. ubi videnda glossa id disputans, ad verbum periurii. Ecclesia viam periurii non aperit, ca. si vero, de iureiur. leg. 1. si aduersus venditio. l. 1. in prin. de iudic. viduita. toll. C.
- D** ca. clericus, 35. de iureiur. nam iuramentum non extenditur ad futura non cognata, sed tantum ad praesentia vel praeterita, cap. quemadmodum, ca. ad nostram, in 2. de iureiur. exemplo aliorum actuum, c. de testibus, de testibus. l. cum Aquiliana, de transactio. P. l. qui cum tuto, de pact. cum similib.
- X** c. 1. de iureiur. in Sext.

## CAP. VII.

- 1 Periurium quid.
- 2 De periurii poenis.

## 3 De interpretatione iuramenti.

Conuenit in causa iuramenti spectare quoque periurium, quod est mendacium iuramento firmatum vel iuramenti promissorii indiscreta transgressio. *a* Periurus & censetur, qui post iuramentum contraria profert, nisi eum iusta & rationabilis causa excuset. *b*

Periurus Deum habet ultorem. *c* Statuunt & leges humani iuris, peierantem in iuramento alii præstito, esse infamem, domnique actione priuari, in qua peierauerit, & incapacem testimonii dicendi fieri, *f* & collationis beneficiorum. *g* Debet & huiusmodi periurium ab ecclesiæ administratione submoueri. *h* grauius & puniendi peierantes in maiori dignitate constituti, cum eorum exemplo malo alii possint ad similia prouocari. In foro conscientiæ, pro temerario iuramento imponitur penitentia vnus anni, pro directo periurio septem annorum. *k* Et alia alibi imposita, vt ieiunetur per quinque dies in pane & aqua. Non mentitur, qui animum fallendi non habet, aut qui superiori causa impeditus non potuit promissum exsequi. *m* Sed & si promissionis iuramenti executio delictum habeat, periurium non punibile, sed laudabile est. *n*

Quamobrem & quædam iuramenta, ne periurium committatur, recipiunt, alia interpretationem, alia autem nulla declarantur. *o* Interpretatio fit in dubio, quando aliquid excipi potest, de quo iuratum non censeatur. *p* iuramentum in foro animæ recipit interpretationem secundum intentionem iurantem, *q* in foro vero contentioso stabilitur verbis, & excusatur tamen a pena periurii, *q* necessitate peierauerit. *s*

## SCHOLIA.

*a* can. 1. & 2. 22. qu. 2. & tractatur in 3. lib. Magistr. i sententiarum. dist. 19. per Baldum in l. fin. C. de reb. cred. quomodo falsum iuratum distinguat peccatum ex ignorantia vel scientia iuratis, vel ex per-

*A* sona alterius, cap. homines, & seq. 22. q. 2. Octo etiam species mendacii, & quæ sint ex his capitula vel non, docetur in c. primum est capitale, 22. q. 2.

*b* c. fin. de iureiur. in Sexto. contraria excusari possunt si diuersi intellectus in aliquo concurrant, vel si tolerabilis sit error, vt in c. cum dilectum, de accusa. l. fin. pro suo, P. vide glossam ad c. fin. ad verba, iusta causa, de iureiur. in Sexto.

*B c* l. 2. de reb. cred. C. nam Deus offenditur periurio, c. 1. de crimine falsi lib. 5. tit. 10. & est grauius diuinam quam humanam offendere maiestatem, authen. gazaros, C. de hæreticis. Prohibui & Deus, non peierabis, inquit, in nomine meo Leuit. 19. Malachia 3. Matth. 5. & iustus non est lex posita, sed iniustus & periurus, 1. ad Timot. ca. 1. qui etiam in Deum peccant, legibus Imperatorum aut principum puniri debent, l. 1. C. de apost. l. Arriani, C. de hæreticis, l. 1. C. de summa Trinita.

*d* can. infamis, 6. q. 1. l. si quis maior, C. de transactio. Jason in l. si duo patroni, §. fin. de iureiur. infamem periurum esse de iure & de facto. Distinguit autem Panor. ad c. testimonium, de test. b. an quis de præterito vel de presenti falso iurauerit, vt sit infamis ipso iure, qui falsum iurauerit per l. 1. & fin. de crimine stellion. P. atq; sic intelligendum putat c. cum dilectum, in fin. de ordine cognitio. item si de periurio condemnatus fuerit. An vero iurauerit de futuro, & non seruauerit promissum; in quo casu si iurauerit sibi tantum aut Deo; ex periurio non sit infamis, l. 2. C. de reb. cred. si vero alii iurauerit & se fellerit eum sit infamis per l. si quis maior, de transac. Quod & tractat gloss. & Bart. ad l. Lucius, de his qui notant infam. P. qui deliberate etiam iurauit falsum in aliorum præiudicium potissimum, extra ordinem puniri debet per iudicem, l. si iuncta glo. de crimine stellion. P. potest q; iudex inbere talem fustigari, l. si duo patroni, §. si quis iurauerit, de iureiuran. Pand. vel ad iudicarc torqu; ver-

*E*

- satili, vel catamidiari, ut ait Chassaneus in consuet. Burgundia, titulo de retractz, §. si. vide glossam ad cap. querelam, 10. ad verbum petiitii, de iureiur.*
- e** *l. si quis maior, C. de transactio.*
- f** *can. parvuli, 22. quest. 5. can. quicumque, 6. quest. 1. c. testimonium, cap. sicut, de testib. c. literis, de prescript. glossa in l. 3. §. lege Julia, de testib. P. vide Alexand. consil. 13. 3. volum. 1. etiamsi perjurus adhuc non fuerit per sententiam condemnatus, Bald. B ad l. si vteris, C. de fide instrumentor. quia facile iterum prasumitur peieraturus, l. si cui, §. iisdem, de accusatio. P. l. Cassius, de senatorib.*
- g** *Innocentius ad cap. constitutus, in 2. Rota decisio. 5. incip. de iure patronatus, in novis. vide Panor. ad c. querelam, ad c. cum nostris, de concess. praben. ad cap. cum incunctis, de electio. facit cap. fin. de iureiur. in Sexto.*
- h** *c. querelam, 10. c. cum quidam, 12. de iureiurand. ubi glossa plura vocat, ex quibus doceat dignitatem peccantis aggravare delictum, & can. homo, 40. dist. can. precipue, 11. q. 3. cum simil.*
- i** *can. qui sacramento, 22. q. 4.*
- k** *cano. quicumque, 6. questio. 1. can. fin. 22. quest. 1.*
- l** *d. can. quicumq.*
- m** *can. beatus Paulus, 22. q. 2.*
- n** *can. 1. 2. 3. 4. 22. q. 4.*
- o** *cap. quanto, de iureiur.*
- p** *Veluti in c. cum tu, 16. de testib. c. quanto, & ibi gloss. ad verbum absolui, de iureiur. facit §. sacramenta, de pace iuramento firmam. in auth. c. 1. & c. cum tu, de iureiur. in Sexto.*
- q** *can. humana aures, 22. q. 5.*
- r** *cap. ex literis, de sponsalib. facit l. prospexit, qui & a quib. manumissi liberi non fiant, P. nec est recedendum a significatione verborum, nisi manifeste constet de contraria voluntate loquentis. l. non aliter, de lega. 3. mo & contradicentē sit interpretatio, in cuius potestate fuit iurata verba concipi-*

*pere. l. veteribus, de pact. P. l. quicquid adstringende, de verborum oblig. P. habenda tamen. erit intelligentia dictorum ex causis dicendi, c. intelligentia, de verb. sig. c. querelam, 10. ibi, nulla necessitate, & c.*

**s** *& ibi gloss. de iureiur. Necessitas itaque excusat a perjurio, ca. si nulla, 23. quest. 8. c. presbyteros, 50. dist. c. breui, de iureiur. Necessitas legem non habet, c. si nulla, dist. 1. can. discipulos, de consecra. dist. 5. c. si quis per necessitatem, de furt. c. quarto, de pignor.*

## CAPVT VIII.

**1** *De dispensatione seu gratia iuramenti.*

**2** *A quo fiat.*

**A** Liquando iuramentum dici nequit nullum, & de rigore iuris est seruandum. *a* Verum subest quædam æquitatis & iustitiæ ratio, per quam absolutio seu gratia aut dispensatio fiat *b* iuramenti, ne non obseruando efficiatur quis periurus, etiam si iuramentum esset præstitum per dolum aut temerarie, aut cum pernicie promittentis. *d* Quæ tamen habent iuramenta cum executione peccatum, absoluenda erunt cum pœnitentia, et iuramentum etiam metu aut vi extortum, tenet; nisi absolute remittatur. *f* Eget item dispensatione iuramentum de viuris seruandis, vel de non repetendis. *g* Item si per vim vel metum, vel alio modo indebito apponatur alienationi ab vxore de non reuocandis alienatis dotalibus; sic de aliis similibus. *i*

Fit autem dispensatio ab eo, qui potestatem habet, *k* & causa cognita, *l* vocatis **E** quorum interest non absolui. *m* Cum autem iuramentum sit mere ecclesiasticum, pro eius absolute ad personam ecclesiasticam potestatem habentem confugiendum est, ut ad episcopum; *n* vel in grauioribus, & quæ non conceduntur episcopis ad summum pontificem. *o* Index quoque laicus & princeps aliquando, pro dispensatione & liberatione iuramenti interue-



terueniunt, p̄ potest & is, cuius interest seruari iuramentum vel praestari, remittere si velit ipsum, & ita remissione sua absoluit eam a vinculo eius. q

## S C H O L I A.

- a Nam omne iuramentum, ut diximus antea, quod potest seruari sine detrimento salutis aeternae, seruandum est, etiam si alioquin detrimentum bonorum immincat; c. si vero, c. cum contingat, de iureiurand. c. B quamuis, de pact. in Sex. Petitur dispensatio, quando iuramentum obligat ipso iure, sed ex eo contra aliquem sequitur peccatum vel delictum aliquod, vide Paul. Castren. consil. 122. vol. 2.
- b Dispensatio seu absolutio, est rigoris disciplina relaxatio & tolerantia, ratione tempore vel inuiui persona, pietatis, aut necessitatis, utilitatis, c. requiritis, §. nisi rigor, c. si qui, & sequent. 1. q. 7. Qui voluerit cognoscere, in quibus fiat dispensatio iuramenti consulat Panormita. in quaestionib. q. 2. circa finem, versi. si ego autem, & c. post eius consilia.
- c cano praedicandum, 22. quaest. 1. cap. peruenit, de fideiussor. cap. etsi Christus, de iureiurand.
- d cap. venerabilem, de electio. c. quamuis, de pactis. in Sexto. cap. magna, & ibi gloss. de voto. can. mulier. 21. §. ex his, & can. sequens, 22. q. 4.
- e can. qui sacramento, 22. q. 4.
- f cap. 2. 28. 29. c. verum. 15. de iureiur. cap. ad aures, & ibi gloss. de eo quod met. caus. c. cum inter; de renuntia. c. 2. de restitutio. spolia.
- g cap. debitores, 6. c. ad nostram, 10. de iureiur. c. tuas dudum, de usur.
- h c. cum contingat, de iureiur. c. licet mulieres, eo. tit. in Sexto.
- i De quibus Guido Papau, 22. q. 4.
- k Semper enim in omni iuramento, intelligitur excepta potestas & auctoritas superioris. c. venientium, de iureiur.
- l Notat gloss. ad cap. non est, de voto. Guido

- A Papau decis. 225. quia dispensatio non fit rigoris iuris nisi ex causa, c. requiritis, §. nisi rigor, & c. seq. 1. q. 7.
- m Quia non potest de causa legitime cognosci, nisi vocatis quorum interest, l. de unoquoque, de re iudica. l. non ita, de adoptio. l. fin. de rescind. venditio. l. in concedendo, de aqua pluvia arcen. P. vide Guidonem Papau, decisio. 225. & 140. & quaestionem Tholosanam 62. ca. licet canon. de electio. in Sex. Notanda tamen erit praxis, quam refert Stephanus Auzerius, ad dictam decis. 62. quod quando gratia iuramenti ab episcopo vel eius vicario petitur, ut obligatio tollatur, quae erat contracta, tunc est necessaria ipsius partis vocatio, & sic procedunt & locum habent praedictorum iurium & interpretum sententiae. Quod si absolutio iuramenti petatur, non ut obligatio tollatur, sed ad habilitandam personam, ut non obstante iuramento possit detegere fraudem & dolum ipsius contractus, non sit necessaria vocatio partis aduersae, quia & saluum ius reseruetur ad defendendum si quod ius competat. Quam distinctionem sequitur Oldradus, consil. 120. Sic ad effectum agendi sine aduersario dispensatur, non ad effectum causa vel probationis, Rota decis. 767. in antiq.
- n c. fin. de foro compet. in Sex. Potest autem episcopus, de quibusdam, non de omnibus dispensare, de his inquam potest in quibus dubium est, an iuramentum sit licitum vel illicitum. c. constitutus, de testib. c. si vero in primo, c. verum, c. cum quidam, §. 2. de iureiur. c. significauit, de test. num. quoque, episcopus omnia iuramenta relaxare possit, tractat Felinus ad c. praeterea, 2. nu. 17. & ibi alii etiam interpretes, de sponsalibus.
- o Felinus tradit casus, in quibus & quando potest vel non potest dispensare ad cap. constitutus, num. 18. de rescript. post Innocentium & Butrigarium ad c. 2. de renuntiatio Ioan. And. ad c. quando, de iureiur. Potest vero propter plenitudinem potestatis summus pontifex de omni iuramento

dispensare, per viam commutationis, A dispensationis & totalis relaxationis, imo & in his, qua iuris diuini sunt, summus pontifex potest ex causa interuenire. Innocent. in c. fin. de consuetud. gloss. & Archidiacon. ad can. sunt quidam, 25. quast. 1. quia, ut dictum est, in omni iuramento censeatur excepta superioris voluntas, cap. venientes, de iure iur.

P Regula generalis est, quod iuramentum inier res spirituales est, & ideo ad forum B ecclesiasticum pertinet eius cognitio, c. fin. de foro competenti. in Sexto. nec de eo est competens iudex laicus, ut notat gloss. fin. ad c. venerabilem, ad verbum, periurii, de electio. gloss. ad c. cum sit, de foro competenti. & in c. pradicandum, 22. quastion. 1. Felinus ad c. preterea, nume. 28. de sponsalib. Nisi inquit, in eius foro contentioso exciperetur de ipso iuramento non disputando, de eius vinculo, an esset licitum vel non, C sed de eius obseruatione; quia tunc & iudex secularis & ecclesiasticus quisque in suo foro, de eo potest cognoscere & iudicare; ut de laico iudice agitur in capit. licet mulieres, de iure iurando. in Sexto. & quando quis conuenitur ad implendam promissionem, etiam si simplex sit, iurata tamen c. 1. de pact. de ecclesiastico autem iudice agitur, in c. fi. de foro compet. in Sexto. Et proinde si agatur de poena transgredientis D licitum iuramentum, iudex secularis dicetur quoque legitimus & competens, cap. Rex, 23. quast. 5. ibi periuros non lines viuere; & ecclesiasticus, in c. noui, de iud. & quia iudex laicus ita competens est ad cogendum seruare licitum iuramentum, sic & erit competens in illicito, & ad cogendum eum, qui illicite exegit, ut consentiat resolutioni facienda iuramenti aduersarii illicite extorti, & ad remissionem eius quod turpiter iuratum est. c. 1. de usur. ut ait Federicus consi. 166. Ludouicus Rom. sing. 508. facit c. licet mulieres, de iure iur. in Sexto. Cognoscit & iudex secularis, si quis dicatur periurium commisisse, Ludou-

icus Rom. singul. 430. quia & lex civilis punit periurium, l. si quis maior. Cod. de transact. gloss. ad l. solus festum, de his qui notati. infam. Sed & iudex secularis potest cognoscere de nullitate absolutionis iuramenti date per iudicem ecclesiasticum ut ait Felinus in dict. c. preterea, num. 31. de sponsali. Petrus Anchar. consil. 375. incip. retento ordine. Ioannes Andreas ad c. in iure, de offic. deleg. per c. 1. de offic. ordina. Adfert & notabile predicto loco Felinus, interdum nullum esse iuramentum, de quo contendatur, & tunc, veluti si appositum fuerit super contractu simulato, cognitio huius iuramenti & nullitatis non est proprie relaxatio, qua episcopi est, sed declaratio nullitatis, qua est iudicis laici. l. emptione, C. plus valere quod ag. l. fin. Cod. de non numerata pecunia. Baldus quoque hoc notat ad l. 1. vers. modo solet dubitari, de operis libertor. Item & ad l. nec patrum, cod. tit. de oper. libertor. P. Fuit & facta gratia & dispensatio iuramenti aliquando ex causa per imperatores Romanos, ut in l. si ad municipales, lib. 50. P. tit. 1. Suetonius Tranquil. in Tyberio, c. 35. Atque in camera Imperiali Spirensi ex ordinatione eius parte 2. tit. 24. ex Caesaris & Statuum permissione licet assessoribus camere, praua cause cognitione, iudicare, virum iuramentum sit vel non sit obligatorium, per dict. l. fin. ad municip. P. l. fin. qui satisd. cogant. l. adigere, §. fin. de iure patron. P. l. 1. C. qui milita. poss. Pro hac etiam definitione concludit Guido Papaeus decisio. 178. num. 3. & 194. ubi ait, principem temporalem seu seculari super iuramento dispensare posse, ut & Bald. ad l. 1. de oper. lib. C. Felinus ad c. cum sit generale, nu. 1. de foro compet. & ad c. 1. nu. 22. de iure iur.

E Remissio iuramenti duplex; antequam iuret, & postea; ante, quando is, cui defertur, paratus est iurare, & tunc is, qui defert gratiam, facit & remittit, contentus voluntate suscepti iurantis, & ita quod non est susceptum, & antequam suscipiatur, non remittit.

remittitur. l. remitti, C. de iureiur. P. a qui paraturque hec remissio iuramento, l. nam postea, §. iureiurando dato, de iureiur. l. a. Etori. C. eod. tit. l. Pro remissione habetur etiam, si is qui defert, nollet prior ipse iurare de calumnia, l. si non fuerit, §. 7. de iureiur. Post iuramentum autem prestitum remissio fit, quando is cuius inter est impleri iuramentum, et si alterius non inter sit, remittit promissum iureiurando, & ita habetur promissum pro impleto. Felinus ad c. ex administrationis, num. 1. de iureiur. per illud caput, & c. 2. de sponsalib. c. 2. de renuntia: c. significauit de censib. l. fin. C. qui & a quibus manumiss. liberi non fiant. facit quod nihil tam naturale quam eodem modo, quid dissolui quo colligatum est. l. nihil tam naturale, de regul. iur. P. c. 1. eo. tit. apud Gregorium. l. ab emptione, de pact. P. neq. quicquam prohibet cuius ius suum posse si velit remittere, l. si quis in conscribendo, de pact. C. cum similibus vulgarib. nisi forsitan qui remissionem postulat, ante eam commiserit periurium, ut ait Felinus ad d. c. ex administrationis, num. 1. de iureiur. & ad c. 2. num. 3. §. de sponsalib.

## CAPVT IX.

## De nullis iuramentis.

Sunt iuramenta quædam, quæ nec dispensatione aut remissione egeant, per se nulla, ut facta de occidendo patre, de violanda moniali, & aliis similibus, a & ea quæ per metum atrocem extorta fuerunt, quæ nec obligant, quanquam sine ipsa atrocitate metus ipse non reddat promissum nullum, nisi dispensatio accedat seu causæ cognitio. b Iustus autem metus erit, quando renuntiatio fit beneficii ecclesiastici, ut frater liberetur a carceribus, c vel si fiat ab eo, qui aliter timet amissionem patrimonii, d & sic in similibus quibusdam aliis dicendum. e

## SCHOLIA.

a In concilio Toletano 8. & c. si publicis, can.

unusquisque, c. si aliquis, c. ad lione quarta, 2. 2. 9. 4. ubi & alia exempla per totam illam q. 4. magna enim sapientia est hominem reuocare, quod male promiserit. c. magna sapientie, 2. 2. 9. 4. neque vocanda fides, quæ ad peccatum, innuat. c. si ad peccatum, 2. 2. 9. 4.

b c. 2. de iureiur. ca. ubi, de electis. in Sex. c. 2. de pact. in Sex. c. cum contingat, de iureiur. c. licet mulieres, eod. tit. in Sex. notantur porro actus, qui ipso iure irritantur per metum a glossa, & doctores ad c. abbatem, de eo quod metus caus. si tamen in istis metus sit, & qui cadat in constantem virum, iuxta l. metum, quod met. caus. P.

c Felinus ad c. si vero, num. 1. de iureiur. per clement. 1. de homic. l. praterca, de liberali causa.

d l. sciant cuncti, de elect. in Sex.

e Vt si vergat in dispendium salutis aeternæ, vel in dispendium salutis corporalis, gloss. 2. ad c. si vero, de iureiur. & ibi Felinus, nec eget iuramentum absolutione secundum Felinum ad ca. praterca, de sponsalib. nu. 3. §. si interponatur super actu ipso iure nullo & inualido ad illum roborandum. c. quamuis, de pact. in Sext. Panorm. ad cap. cum contingat, de iureiur. Anchar. consil. 35 1. Item id ipsum ait, si esset coactio praecisa, Panorm. & gloss. ad c. verum, de iureiurand.

DE SENTENTIA ET  
re iudicata. a

## TIT. XIII.

a Inscriptio similis tituli de sententia & re iudicata, exstat lib. 2. decretalium, tit. 27. & libro 2. Sexti, tit. 14. & lib. 2. clementinarum tit. 11. & lib. 42. P. tit. 2. de re iudicata, & effectu sententiarum, & interlocutionibus iudicum. & lib. 7. C. tit. 45. de sententiis & interlocutionib. omnium iudicum, & tit. 52. de re iudica. & in nouella 6. Manuelli Comneni. sunt & sub lib. 7. C. alii tituli, qui ad hunc referri possunt, ut tit. 42. de sententiis prefectorum pratorio. tit. 43. quomodo & quando iudex sententiam ferre debeat presentibus partibus vel una parte absente 44. de sententiis ex periculo recitandis. 45. de senten-

LIII 2